Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Altes Testament, 2. Teil - Cod. Aug. perg. 89

[S.l.], Datierung unklar

Cantica Canticorum

urn:nbn:de:bsz:31-67620

Visual Library

data est observa. hoc est enim omnis homo.
Et cuncta que fiunt adducet deus in iudi
cium: pro omni errato sive bonum sive malum.
Explicit liber ecclesiastes. habet versus
numero dccc. Incipiunt cantica can
ticorum quod hebraice dicitur sirasirim
lege feliciter. Sir hasirim. ...
OSCULETUR ME OSCULO ORIS SUI. Quia
meliora sunt ubera
tua vino. fragrantia
unguentis optimis. Oleum effusum no
men tuum. ideo adolescentule dilexerunt
te. Trahe me post te. curremus in odo — vox ecclesie
rem unguentorum tuorum. Introduxit me
rex in cellaria sua. Exultabimus et
letabimur in te. memores uberum
tuorum super vinum. recti diligunt te.
vox synagoge — Nigra sum sed formosa filie ierusalem.
sicut tabernacula cedar. sicut pelles salomonis.
Nolite me considerare quod fusca sim.
quia decoloravit me sol. Filii matris
mee pugnaverunt contra me. Posue
runt me custodem in vineis. vineam
vox ecclesie — meam non custodivi. Indica michi quem dili
git anima mea. ubi pascas ubi cubes
in meridie. ne vagari incipiam per greges
vox christi — sodalium tuorum. Si ignoras te o pulcherrima
inter mulieres. egredere et abi post
vestigia gregum. et pasce hedos tuos
iuxta tabernacula pastorum. Equitatui meo
in curribus pharaonis assimilavi te
amica mea. Pulchre sunt gene tue sicut
turturis. collum tuum sicut monilia. Mu
vox amicorum — renulas aureas faciemus tibi. vermi
culatas argento. Dum esset rex in accu
vox ecclesie — bitu suo. nardus mea dedit odorem

suum. Fasciculus mirre dilectus
meus michi. inter ubera mea commo
rabitur. Botrus cypri dilectus michi — meus
in vineis engaddi. Ecce tu pulchra es — vox
amica mea. ecce tu pulchra oculi tui — sponsi.
columbarum. Ecce tu pulcher es dilec
mi — te et decorus. lectulus noster floridus. — vox sponse
tigna domorum nostrarum cedrina laquea
ria nostra cypressina. Ego flos campi — vox
et lilium convallium. Sicut lilium inter — sponsi.
spinas sic amica mea inter filias. Sicut — vox
malum inter ligna silvarum. sic dilectus — ecclesie
meus inter filios. Sub umbra illius quem
desideraveram sedi. et fructus eius dulcis
gutturi meo. Introduxit me in cellam
vinariam. ordinavit in me caritatem.
Fulcite me floribus. stipate me malis — vox
quia amore langueo. Leva eius sub ca — ecclesie.
pite meo et dextera illius amplexabitur
me. Adiuro vos filie ierusalem per capreas — vox spon
cervosque camporum. ne suscitetis. neque — si.
evigilare faciatis dilectam. quoadusque
ipsa velit. Vox dilecti mei ecce iste ve — vox
nit saliens in montibus transiliens col — ecclesie
les. Similis est dilectus meus capree hin
nuloque cervorum. En ipse stat post parie
tem nostrum respiciens per fenestras prospiciens
per cancellos. Et dilectus meus loquitur
michi. Surge propera amica mea colum
ba mea formosa mea et veni. Iam enim
hiems transiit imber abiit et recessit.
Flores apparuerunt in terra tempus
putationis advenit. Vox turturis
audita est in terra nostra. Ficus protulit gros
sos suos. vinee florentes dederunt
odorem. Surge amica mea speciosa — vox
mea et veni. Columba mea in fora — sponsi.
minibus petre. in caverna maceriae. Osten

de michi faciem tuam· sonet vox tua in
auribus meis· quia vox tua dulcis· et
facies tua decora· Capite nobis vulpes par-
vulas que demoliuntur vineas· nam vi-
Vox ecclesie nea nostra floruit· Dilectus meus michi et
ego illi· qui pascitur inter lilia donec as-
piret dies· et inclinentur umbre· Re-
vertere similis esto dilecte michi capre-
eque hinnuloque cervorum· super montes bethel·
In lectulo meo per noctem quesivi quem
diligit anima mea· quesivi illum et non in-
Vox ecclesie veni· Surgam et circuibo civitatem per
vicos et plateas queram quem diligit anima
mea· quesivi illum et non inveni· Invene-
runt me vigiles qui custodiunt civi-
tatem· Num quem diligit anima mea
Vox sponse vidistis? Paululum cum pertransissem
eos inveni quem diligit anima mea·
Tenui eum nec dimittam donec intro-
ducam illum in domum matris mee
et in cubiculum genitricis mee· Adiu-
Vox sponsi ro vos filie ierusalem per capreas cervosque
camporum· ne suscitetis neque evigilare
faciatis dilectam donec ipsa velit· Que
Vox synagoge est ista que ascendit per desertum sicut vir-
gula fumi ex aromatibus· myrre et thu-
ris et universi pulveris pigmenta-
Vox ecclesie rii? En lectulum salomonis sexa-
ginta fortes ambiunt ex fortissimis
israel· omnes tenentes gladios et ad bella
doctissimi· uniuscuiusque ensis super
femur suum propter timores nocturnos·
Ferculum fecit sibi rex salomon de lig-
nis libani columnas eius fecit argen-
teas· reclinatorium aureum ascen-
sum purpureum· media caritate con-
Vox sponsi stravit propter filias ierusalem· Egredimini
et videte filie syon regem salomonem·

in diademate quo coronavit illum ma-
ter sua· in die desponsionis illius· et in
Vox Christi die letitie cordis eius· Quam pulchra es
amica mea quam pulchra es· oculi tui
columbarum absque eo quod intrinsecus la-
tet· Capilli tui sicut greges caprarum· que
ascenderunt de monte galaad· Dentes
tui sicut greges tonsarum· que ascende-
runt de lavacro· Omnes gemellis feti-
bus et sterilis non est inter eas· Sicut vitta coc-
cinea labia tua· et eloquium tuum dul-
ce· Sicut fragmen mali punici· ita gene
tue· absque eo quod intrinsecus latet· Sicut
turris david collum tuum que edificata
est cum propugnaculis suis· mille clipei pen-
dent ex ea omnis armatura fortium·
duo ubera tua sicut duo hinnuli capree
gemelli· qui pascuntur in liliis donec
aspiret dies· et inclinentur umbre·
Vadam ad montem myrre· et ad collem
turis· Tota pulchra es amica mea
et macula non est in te· Veni de libano
sponsa mea· veni de libano veni· Coro-
naberis de capite amana· de vertice
sanir et hermon de cubilibus leonum·
de montibus pardorum· Vulnerasti cor
meum soror mea sponsa· vulnerasti
cor meum· in uno oculorum tuorum et in
uno crine colli tui· Quam pulchre
sunt mamme tue soror mea· spon-
sa mea· pulchriora ubera tua vino·
et odor unguentorum tuorum super omnia
aromata· Favus distillans labia tua
sponsa· mel et lac sub lingua tua· et
odor vestimentorum tuorum sicut odor tu-
ris· Hortus conclusus soror mea spon-
sa· hortus conclusus fons signatus·
Emissiones tue paradysus malorum

p̄ aniicoꝝ cū pomoꝝ fructib;· Cipri
nū nardo· nardus cū croco fistula ⁊
cinnamomum cū uniuersis lignis
libani· Myrra ⁊ aloe cū omnib; primis
unguentis· Fons hortoꝝ puteus aq̄ꝝ
uiuentium que fluunt impetu deliba
no· Surge aquilo ⁊ ueni auster· pfla
Vox xp̄i· — hortum meū ⁊ fluant aromata illī·
Vox ecclīe — Veniat dilectus m̄s in hortum suum
⁊ comedat fructum pomoꝝ suoꝝ· Ve
Vox xp̄i· — ni in hortum meū soror mea sponsa·
messui myrram meā cū aromatibus
meis· Comedi fauum cum melle meo·
bibi uinum meū cū lacte meo· Come
dite amici ⁊ bibite ⁊ inebriamini cariſ
Vox ecclīe — ſimi· Ego dormio ⁊ cor meū uigilat·
Vox dilecti mei pulsantis· Aperi michi
soror mea amica mea columba mea
immaculata mea quia caput meum
plenum ē rore ⁊ cincinni mei guttis
noctium· Expoliaui me tunica mea·
quomodo induar illa· Laui pedes
meos· quomodo inquinabo illos·
Vox ecclīe — Dilectus m̄s misit manū suā p fora
men· ⁊ uenter m̄s intremuit ad
tactum eī· Surrexi ut aperirem di
lecto meo· manus mee stillauerūt
myrram digiti mei pleni myrra p
batissima· Pessulum ostii mei ape
rui dilecto meo· at ille declinauerat
atq; transierat· Anima mea lique
facta ē ut locutus ē· quesiui ⁊ nō in
ueni illū· uocaui ⁊ nō respondit m̄·
Inuenerunt me custodes qui cir
cumeunt ciuitatē· pcusserunt me
⁊ uulnerauerunt me· tulerunt
pallium meū michi custodes mu
rorum· Adiuro uos filie ierl̄m· si

inueneritis dilectum meū ut nun
cietis ei· quia amore langueo· Qua — Vox synag̃
lis ē dilectus tuus ex dilecto· o pul
cherrima mulierū· Qualis ē dilec
tus tuus ex dilecto· quia sic adiura
sti nos· Dilectus m̄s candidus ⁊ ru — Vox ecclīe
bicundus electus ex milib;· Caput
eī aurū optimū· come eī sic elate pal
marum nigre quasi coruus· Oculi eī
sic columbe sup riuulos aquaꝝ que
lacte sunt lote ⁊ resident iuxta fluē
ta plenissima· Gene illius sic areole
aromatum consite a pigmentariis·
Labia illī lilia distillantia myrrā
primā· Manus illī tornatiles auree
plene hyacinthis· Venter eī eburne
us distinctus saphiris· Crura illius
columne marmoree· que fundate
sunt sup bases aureas· Species eī ut
libani· electus ut cedri· Guttur illius
suauissimum ⁊ totus desiderabilis·
Talis ē dilectus m̄s ⁊ iste ē amicus
m̄s filie ierl̄m· Quo abiit dilectus — Vox
tuus o pulcherrima mulierū· Quo — sy· nag̃
declinauit dilectus tuus ⁊ queremus
eū tecum· Dilectus m̄s descendit ī — Vox
hortum suū ad areolam aromatis· — ecclīe
ut pascatur in hortis ⁊ lilia colligat·
Ego dilecto meo ⁊ dilectus m̄s m̄· — Vox xp̄i
qui pascitur inter lilia· Pulchra es
amica mea suauis ⁊ decora sic ierl̄m·
terribilis ut castroꝝ acies ordinata·
Auerte oculos tuos a me· quia ipsi
me auolare fecerunt· Capilli tui sic
greges caprarum· que apparuerūt
de galaad· Dentes tui sic greges oui
um· que ascenderunt de lauacro·
Omnes gemellis fetib; ⁊ sterilis nō ē

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

tue. Sic' cortex mali punici sic gene
tue absq(ue) oculis tuis. Sexaginta sunt
regine et octoginta concubine et adole
scentularum n(on) e(st) numerus. Una est
columba mea p(er)fecta mea. una e(st) ma
tris sue electa genitricis sue. Viderunt
illa(m) filie et beatissimam p(re)dicaverunt re
gine et concubine et laudaverunt eam.
vox x(risti) Que e(st) ista que p(ro)greditur quasi aurora
consurgens. pulchra ut luna electa ut
sol. terribilis ut castror(um) acies ordinata.
Descendi ad ortum nucum ut viderem
poma convallis. et inspicerem si floru
isset vinea et germinassent mala pu
nica. Nescivi anima mea conturbavit
me p(ro)p(ter) quadrigas aminadab. Reverte
vox eccl(es)ie re revertere sunamitis. revertere re
vertere ut intueamur te. Quid vide
bis in sunamite. nisi choros castrorum.
Quam pulchri sunt gressus tui in calcia
mentis filia principis. Junctura femi
num tuor(um) sic' monilia. que fabricata s(un)t
manu artificis. Umbilicus tuus sic' cra
ter tornatilis. nu(m)quam indigens po
culis. Venter tuus sic' acervus tritici
vallatus liliis. Duo ubera tua sic' duo hi
nuli gemelli capree. Collum tuu(m) sicut
turris eburnea. Oculi tui sic' piscine in e
sebon que sunt in porta filie multitudi
nis. Nasus tuus sic' turris libani que re
spicit contra damascum. Caput tuum
ut carmelus. et come capitis tui sic' pur
pura regis iuncta canalib(us). Quam pul
chra es et quam decora carissima in deli
ciis. Statura tua adsimilata e(st) palme.
et ubera tua botris. Dixi ascendam
ad palma(m). et ap(p)rehendam fructus ei(us). Et
erunt ubera tua sic' botri vinee. et odo
ris tui sic' malor(um). Guttur tuu(m) sic' vin(um)
optimum. Dignum dilecto meo ad
potandum labiisq(ue) et dentib(us) illius ru — ad
minandum. Ego dilecto meo et ad me — vox sponse
conversio ei(us). Veni dilecte mi. egre
diamur in agrum commoremur in
villis. Mane surgamus ad vineas. vi
deamus si floruit vinea si flores fruct(us)
parturiunt. si floruerunt mala puni
ca ibi dabo tibi ubera mea. Mandragore
dederunt odorem in portis n(ost)ris. om(n)ia
poma nova et vetera dilecte mi servavi
vi tibi. Quis michi det te fratrem me — fratruele(m)
um sugentem ubera matris mee. ut in
veniam te foris et deosculer et iam me — te.
nemo despiciat. Ap(p)rehendam te et du
cam in domu(m) matris mee. ibi me doce — et in cubiculum genitricis
bis et dabo tibi poculum ex vino condi — mee
to et mustum malor(um) granatorum meo
rum. Leva ei(us) sub capite meo et dextera
ei(us) amplexabitur me. Adiuro vos filie — vox sponsi.
ier(usa)l(e)m. ne suscitetis et evigilare faciatis
dilectam donec ip(s)a velit. Que e(st) ista q(ue) — vox synag(oge)
de deserto diliciis affluens et in ita sup — i
dilectum suum. Sub arbore malo susci — ascendit
tavi te. ibi corrupta e(st) mater tua. ibi vio — vox sponsi
lata e(st) genitrix tua. Pone me ut signa — vox eccl(es)ie
culum sup(er) cor tuu(m). ut signaculum sup(er)
brachium tuu(m). quia fortis e(st) ut mors
dilectio dura sic' infernus emulatio. Lam
pades ei(us) lampades ignis atq(ue) flammar(um).
Aque multe n(on) potuerunt extinguere
caritatem nec flumina obruunt illa(m).
Si dederit homo omne(m) substantiam
domus sue p(ro) dilectione quasi nichil de
spiciet eu(m). Vel eam. Soror n(ost)ra par — vula
et ubera n(on) habet. Quid faciemus soro
ri n(ost)re in die quando [illegible] est.

vox ecclesie — Si murus est edificemus super eum propugna
cula argentea. Si ostium est compingamus
illud tabulis cedrinis. Ego murus et
ubera mea sicut turris ex quo facta sum co
vox synagoge — ram eo quasi pacem repperiens. Vinea fuit
pacifico in ea que habet populos. Tradidit
eam custodibus. Vir affert pro fructu eius
vox christi — mille argenteos. Vinea mea coram me
est. Mille tui pacifici et ducenti his qui cu
stodiunt fructus eius. Que habitas in
hortis amici auscultant. Fac me audire
vocem tuam. Fuge dilecte mi et assimilare
capree hinnuloque cervorum super montes
aromatum. Expliciunt cantica canticorum.
Habet versus numero CC. octuagin
ta. Incipiunt capitula libri sapientie.
.I. De diligenda iustitia.
.II. Sapientia in malivolam animam non introibit.
.III. Custodiendum a murmuratione et detractione.
.IIII. De cogitationibus impiorum.
.V. De consilio iudeorum adversus christum.
.VI. De sanctis martyribus.
.VII. Quod impii secundum quod gesserint recipient
.VIII. et de felicitate virginum.
Filii adulterorum in consummati erunt.
.VIIII. De dormientibus in pace non lugendis.
.X. De iustorum adversus persecutores suos fiducia.
.XI. Item de martyribus quod in generatione in vita constantia.
.XII. De iudicibus terre.
.XIII. Concupiscendos sermones sapientie.
.XIIII. Per incorruptionem proximari ad deum.
.XV. De proprio nativitatis ortu salomonis.
.XVI. Salomonem accepisse spiritum sapientie.
.XVII. Sapientiam ubique ubique attingere.
.XVIII. Sapientia attingit a fine usque ad finem
fortiter et disponit omnia suaviter.
.XIX. Quod continens esse nemo possit nisi deus det
.XX. Salomon orat accipere sapientiam.

Per sapientiam sanatos quicumque placuerint deo. .XXI.
Per sapientiam eductum populum israel de egypto. .XXII.
De sanctis martyribus. .XXIII.
Quod delinquentium populo ultrices bestie misse .XXIIII.
Quod ante deum sit omnia tamquam guttam roris. .XXV.
Quod spiritus sanctus suus missus in omnibus. Ante lucem .XXVI.
Patientiam dei dare locum penitentie peccatoribus. .XXVII.
Bonitatem dei cogitandam et iudicium intuendum eius. .XXVIII.
De idolatris. .XXIX.
De querentibus deum in operibus eius. .XXX.
Deridendum idolatrie errorem. .XXXI.
Quod in iustitia deus disponat omnia. .XXXII.
De adinventoribus idolorum et cultoribus eorum. .XXXIII.
Idolatrie causa nefanda omnia introducta. .XXXIIII.
Quod iustitia dei sanaverit iustos. .XXXV.
Quod mortis et vite solus deus habet potestatem. .XXXVI.
Subsannat inventores idolatrie. .XXXVII.
Dedisse deum escam delectamenti populo misisse. .XXXVIII.
Quod creatura ad deo factori suo deserviat. .XXXIX.
Quod sermo dei pascat credentes in se. .XXXX.
Magna esse dei iudicia et inenarrabilia. .XLI.
Presumptio sceleris turbat conscientiam. .XLII.
Quod sanctis inter tenebras egypti lux non defuit. .XLIII.
De nocte qua percussit deus primogenita egypti. .XLIIII.
Quod moyses non in virtute corporis sed
fide et oratione eduxit populum de egypto. .XLV.
Qualiter educti sunt de egypto filii israel. .XLVI.
Qualiter in siccato mare populus desiderium .XLVII.
carnes et acceperit coturnices.
Quod magnificaverit deus populum suum quem .XLVIII.
eduxit de terra egypti. Expliciunt capi
tula sequentis libri sapientie. Incipit
LIBER SAPIENTIE.

Diligite iustitiam
qui iudicatis ter
ram. Sentite de deo in bo
nitate et in simplici